

Petrus de Vine

*Ep. V 22 (Nuper in Regno
nostro quidam circumuagus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vine

*Ep. V 22 (Nuper in Regno
nostro quidam circumuagus...)*

1253

Cuidam abbati, de quodam monacho falsario.

1. Nuper in Regno nostro quidam circumuagus inuentus est monachus, qui, falsas sigilli nostri formas adulterans, non absque nostri honoris iniuria et tuae honestatis infamia discurrerat. 2. Vt igitur de sigillo ulterius flagitiosa figmenta non procedant, ipsum tibi, cuius honoris augmentum de bono semper in melius cupimus promouendum, sub anuli nostri clausura transmittimus, et falsarium monachum, ut qui culpas suas districtius doleat, quibus lasciuius se ingessit, carceris nostri compedibus mandauimus detineri.